25 ¶ Utrũ ex pteritõe legitimi heredis teſtm̃ reddat nullũ: R. ꝙ ſic. ſi ſunt de illis ad q̃s ſtricto iure legitĩa ſpectat hereditas. ⁊ niſi rite exheredent. ⁊ q̇ ſunt tales adũte ꝙ ſunt tres linee cõſanguineoꝝ. ſ. aſcẽdẽtiũ: deſcẽdentiũ ⁊ collateraliũ. Teſtator aũt q̃ꝫdiu hꝫ aliquẽ de deſcẽdẽ tibꝫ tenet illũ heredẽ inſtituere: vl' exheredare: ſi eſt cã. ⁊ ſi talẽ inſtituit: ſiue ſit filiꝰ vel nepoſ mortuo filio: vl' pnepos ⁊c. nõ tenet de aliq̇ aſcendentiũ mẽtionẽ facere. q2 deſcẽdẽtes in infinitũ pferunt. inſti. de here. q̇ ab inteſta. in ꝑn. deficiẽtibꝫ deſcẽdẽtibꝫ vl' exheredatꝭ tenet ſuos aſcendẽtes inſtituere vl' exheredare: ſi q̃s hꝫ. l. q̃tiens. C. ad ſena. cõ. orfici. Collaterales aũt nunq̃ꝫ tenet inſtituere vl' exheredare: ſꝫ deficiẽ tibꝫ deſcendẽtibꝫ vl' aſcẽdentibꝫ legitimis In tellige non de illegitimis pt q̃s vult inſtituere heredes: ſiue attinẽtes: ſiue nõ attinẽtes nulla facta mentiõe de collateralibꝫ. verꝫ eſt ꝙ frater rũpit teſtm̃ fratris. qñ inſtituit turpẽ ꝑſonã. ſ. infamẽ. ⁊ intellige de fratre ꝯſanguineo ⁊ vterino vl' ꝯſanguineo tm̃. nõ de vterino tm̃. C. ð inof. te. l. frẽs vterini. niſi in iſto caſu de aliq̇ reũ inſtituerit: vl' niſi crimẽ ingr̃itudinis i frẽꝫ cõmiſiſſet. vt ſin autẽ. de nup. §. ingr̃itudinis.

26 ¶ Sed nũq̇d teſtm̃ clerici vl' ingredientꝭ religionẽ erit irritũ ex pteritiõe legitimi heredis: R. ꝙ nõ. ꝑ ṽbũ libere poſitũ in. c. q2 nos. extra co. ti. etiã q2 ſunt milites. ſicut no. glo. i. l. pe. de teſt. mili. ⁊ iõ ſicut nõ rũpit teſtm̃ militꝭ ex pteritiõe legitimaꝝ ꝑſonaꝝ. ſic nec iſtoꝝ. hoc apte ſentit Bar. in autẽ. ſi q̃ mlier. C. de ſa. ſa. ec. de ingrediẽte religionẽ. ⁊ Pan. in. d. c. tua nos. de ambobꝫ. ⁊ vide Fede. de ſenis ꝯſilio. lv. ⁊ ſic põt intelligi autẽ. pbros. C. de epiſ. ⁊ cle. Itẽ volens intrare religionẽ pt ſine legitĩo numero teſtiũ teſtari. ⁊ ꝑ pte decedere teſtatꝰ ⁊ ꝑ pte inteſtatꝰ ſicut miles pt. ꝑ tex. autẽ. ne monã. §. id q̃ꝫ. iũcta. l. i. ff. de mili. teſ. Facit. c. q̇ vere. xvi. q. i. tñ petere poterũt legitimã legitimi pteriti vigore. autẽ. ſi q̃ mlr. C. de ſacroſa. ec.

¶ Sed pone ꝙ q̇s hꝫ filios ⁊ filias tenetur ne oẽs inſtituere: R. ꝙ ſic. oẽs legitimos: vel exheredare ſi quẽ nõ vult ⁊ ſubeſt cã. iſti. ð exhere. lib. in ꝑn. etiã filias dotatas. ſꝫ ſm aliquos ſufficit inſtituere in dote. Alij vt Azo. dicunt ꝙ optet inſtituant in aliq̇ modico pter dotẽ. ⁊ eſt tutiꝰ: ⁊ etiã pfeſſos in religionẽ. C. de epiſ. ⁊ cle. l. fi. §. ħ etiã cognitũ. Et idẽ dic in nepotibꝫ qñ filij pmortui ſunt. inſti. de here. q̇ ab inteſta. defe. §. ita demũ. ⁊ etiã in poſthumis. C. de poſtu. here. inſti. l. qð certatũ eſt. q̇s dicat poſthumꝰ. vide Poſthumꝰ. 27

¶ In quota pte tenet inſtituere tales: R. in q̃ta voluerit. q̃ntũcũqꝫ mĩma. licet poſtea taliſ aget ad ſupplementũ legitime. tñ teſtamentũ nõ rũpet. ⁊ dũmõ ſit inſtitutꝰ heres nõ legatarius. puta q2 dicat. inſtituo talẽ meũ heredeꝫ in tali. q2 ſi diceret. lego filio meo talẽ domũ. nõ valeret. q2 eẽt pteritꝰ. l. q̃tiẽs. C. ð here. iſti. 28

¶ Utrũ legitima poſſit tolli in totũ vl' in pteꝫ ꝑ ſtatuta vl' ꝯſuetudinẽ. vide s̃. Legitĩa. §. i. 29

¶ Sꝫ nũq̇d in legitima cõputabunt omĩa q̃ venerũt filio. dic vt s̃. Legitima. §. xv. 30

¶ Utruꝫ filiꝰ inſtitutꝰ heres poſſit repudiare hereditatẽ retenta legitima: R. Pan. in. d. c. Raynutiꝰ ꝙ nõ. ⁊ ħ tenet Bar. in. l. gerit ꝓ herede. ff. de acqui. here. ⁊ Bal. in. l. vnica. C. qñ nõ petentiũ ptes. ⁊ eadẽ rõne dic de pr̃e. l. decedente ab inteſtato. q2 nõ pt ꝓ parte agnoſcere hereditatẽ: ⁊ ꝓ pte r̃pudiare. ar. l. i. §. ſi ex fundo. ff. de here. inſti. 31

¶ Utrũ ſit aliq̇s caſus in q̇ poſthumꝰ pteritꝰ non rumpat teſtm̃: R. ꝙ ſic. ſ. in teſtõ mr̃is q̇ decedit in puerperio. ſed ſuccedet cuꝫ alijs fratribꝫ vel nepotibꝫ eq̃liter. Si tñ mr̃ inſtituiſſet extraneũ aget de inoffi. teſta. ⁊ rumpet. C. ð inoffi. teſta. l. ſi mater. 32

¶ De cautela illiꝰ q̇ vult facere teſtamentuꝫ ⁊ diſponere ſua in pias cauſas nec audet. ſed timet de potentia aliquoꝝ. vide Pactũ. §. xiiij. 33

Teſtes antiquitus ſupſtites vocabantur. co

ꝙ ſupra cauſarū ſtatū ꝓferebant. nūc ꝑte no/
minis ablata teſtes vocant. ꝺe verbo. ſigni.c.
forus.§.teſtes.
1 ¶Quis pōt eſſe teſtis? R.ꝙ ꝗlibet ꝗ non ꝓhi
betur: cū edictū ꝺe teſtibꝫ ſit ꝓhibitoriū. ſicut ꝛ
ꝺe ꝓcuratoribus.ff.ꝺe ꝓcu.l.mutus.ꝺe ſpon.
cum apud.
2 ¶Que requirunt in teſtibꝫ? R.ꝙ ſeptē ꝯditio
nes.ſ.conditio.ſexus.etas.diſcretio.fama.for
tuna.fides. Primo ꝯditio vt nō ſit ſeruus.qꝛ
talis ſepe metu dn̄antis ſupprimit veritatē.
d.c.forus.C.ꝺe teſti.l.qm̄ liber. ꝛ.iiij.q.iij.§.
Item in criminalibꝫ.
3 ¶Utrū monachus ꝛ frater minoꝛ poſſit eſſe te
ſtis? R.ꝙ ſic.ar.l.i.ff.ꝺe teſti. ꝛ ar.in auten.de
mo.§.cogitādū.no.Spec.in ti.ꝺe teſti. Facit
rō ꝑdicta cū nō inueniat ꝓhibitū. ꝛ licet ſint
mortui mūdo.nō tn̄ ꝑ ꝯia.no. Pa.in.c. cum
nunciꝰ.eo.ti. Hoc limita verū corā iudice ſecu
lari ꝺe licentia ſui ſuꝑioris.aliter non. vt tenet
Spe.ibidē. ꝛ Jo.an.in addi.ibidē. ꝛ Albꝛi.
in Rica.C.ꝺe teſtibꝫ.facit.c.monachi.xvi.q.i
ꝛ.c.placuit.ij.q.viij.
4 ¶Sed nunqd ſi teſtificat ſine licētia? R.ſm
Panoꝛ.in.c.i.ꝺe iura.calū.ꝙ nihilominꝰ va/
let. Idē dicit Ange.in.§.ſi vero libertꝰ.in au
ten.ꝺe teſti. Ubi ꝺeclarando.§.cogitandū.in
autē.ꝺe monachis: dicit ꝙ ſi clericꝰ vľ religio/
ſus ꝺeponit vi corā iudice ſeculari ſine māda
to ſuꝑioris nō valet. ſecꝰ ſi volēs.allegat.c.te/
ſtimoniū.xij.q.ij. ꝛ no.in.d.c.i. Cōtrariū.ſ.ꝙ
nō valeat.tenet Jo.an.in.d.c.i. ꝛ eſt verꝰ.
5 ¶Secūdo ſexus.vt nō ſit mľier.qꝛ licꝫ ꝺe iu/
re ciuili admittat in ciuilibꝫ ꝛ crimīalibꝫ.xv.
q.iij.c.ex eo.ff.ꝺe teſta.l.ꝗ teſtamēto.§.mľier.
inſti.ꝺe teſta.§.teſtes.niſi in teſtamentis tm̄.
vt in ꝓfatis.§.ſed in codicillis ꝛ alijs vltimiſ
volūtatibꝫ ſic ſm Accurſi.d.§.mľier.tn̄ ꝺe iu
re canonico.qꝛ variū ꝛ mutabile ſemꝑ femina
ꝓducit.d.c.forus.C.ꝺe inoffi.teſta.l.filia.nō
admittit in crimīalibꝫ crimīaliter.xxxiij.q.v.
mulierē: niſi in criminibꝫ exceptis.ſ.ſymonia
c.tanta.ꝺe ſymonia. Et ſic intellige.d.c.forus
In ciuilibꝫ aūt ꝛ ſpūalibꝫ ꝛ ꝗbuſcūqꝫ alijs et
etiā vbi ꝺe crimine agitur ciuiliter. vt in ꝺenū
ciatione.aut etiā in inꝗſitiōe: niſi vbi inuenit
prohibitū expreſſe vt in teſtamēto admittit.
no.Jo.an.in additione ad Spe.eo.ti. Facit
c.qm̄.ꝛ.c.tam lr̄is.ꝺe teſtibꝫ. ꝛ qūo nō dꝫ tra/
hi ad iudiciū ꝓ teſtimonio.ſꝫ ad eas mitti dꝫ
in.c.mľieres.ꝺe iudi.li.vi.
6 ¶Tercio etas.vt nō ſit impubes ſꝫ pubes in
cā ciuili. In crimīali ꝟo requirit etas.xx.an/
norum.ff.eo.l.inuiti.la.ij. ꝛ.l.in teſtimoniū.
iiij.q.iij.teſtes.
¶Sed nunꝗd poterit pubes teſtificari ꝺe his 7
ꝗ vidit i impubertate? R.ꝙ ſi erat doli capax
qn̄ vidit poterit.ar.inſti.ꝺe inuti.ſtipu.§.pu/
pillus.ff.ꝺe nego.ge.l.in negocijs.alˀs nō. hoc
no.xxxvij.di.relatū.
¶Quarto diſcretio.vt non ſit furioſus.iij.q. 8
vij.§.tua. ꝛ hꝫ niſi habeat lucida interualla.ar.
c.dilectus.ꝺe ſpon.xxxij.q.vij.neqꝫ furioſus.
vij.q.i.qꝛuis.
¶Quinto fama. vt.ſ.nō ſit infamis. nō eī iu 9
ſticia pōt hr̄e cū hoīe ſcelerato cōmertiū.d.c.
forus.§.fi. ꝛ in.c.teſtimoniū.in glo.eo.ti.
¶Sexto fortuna.nā diuiti magꝭ credit.ff.ꝺe 10
teſti.l.iij.C.ad.l.fal.autē.ſꝫ ꝯteſtoꝛ. Jō pauꝑ
repellit ſi eſt talˀ ꝯditiōis ꝙ pecūia corrūpi poſ
ſit.alˀs nō.ar.inſti.ꝺe ſuſpe. tuto.§. vlti. eꝗlis
in opinione ſꝑ diues ꝑponit.qꝛ potētioribus
pares eē nō poſſumꝰ.ff.ꝺe ali.iudicij.mu.l.iij
¶Septimo fides.qꝛ nullus infidelˀ ꝯtra fide 11
lem admittit.ij.q.vij.nō ꝑt.ff.ꝺe teſti.l.ij.nec
hereticus.ꝺe here.excōicamꝰ. Addunt alia.v.
que aliqn̄ repellūt.
¶Octauo ꝯſanguinitas.vn̄.l.teſtis.ff.eo.dꝛ 12
teſtis idoneꝰ pater filio: aut filiꝰ pr̄i non eſt. ꝛ
iiij.q.iij.§.itē teſtis. Qd̄ limita verū vbi non
agit ꝺe correctiōe vľ ꝓhibitiōe pc̄ti: vľ ꝺe illu/
minatione fidei.qꝛ in iſtꝭ vbi affectio carnalis
cōiter nihil opat valet.ſicut teſtimoniū xp̄i ꝺe
pr̄e. Et no. Pa.in.c.in omi.extra.eo.ti.
¶Quid in matrimonijs.nunꝗd pr̄ vľ mr̄ poſ 13
ſit eſſe teſtis? R. Pa.in.c.videt nobis.ꝗ ma.
accu.poſ.ꝯcludēdo ſm Hoſti.ꝙ ſi ſponſus ē
ditioꝛ ꝛ nobilioꝛ nō credit eis. Si ꝟo eſt eq/
lis vľ inferioꝛ ſic admittit.niſi appareat ex ali
qua cā filiā affectare mr̄imoniū. Tu ꝟo dic ꝙ
iudex attendet ſi ſponſa vľ ſponſus eſt rēpoꝛ/
taturꝰ cōmodū vľ incōmodū: honorē vľ vitu
periū: ſic admittet vľ nō admittet.ar.l.iij.ff.
eo. ꝛ bona glo.in.c.ex lr̄is.extra eo.ti.
¶Nono familia.nā quos teſtes actoꝛ produ 14
cit ꝺe familia ſua nō admittuntur.l.pe.ff.eo.
nec familiaris.C.ꝺe his ꝗ ad eccle.ꝯfu.l.fi.§.
ſane.iij.q.v.c.i.
¶Sed nunꝗd illi ꝺe collegio admittunt ſuꝑ 15
facto vel nō facto a collegio ipoꝛ? R. Pa.in.c.
ij.loco.ꝺe ꝓba.ꝙ ſic.qn̄ eſt tale ꝙ ꝑ alios pro
bari non poteſt.tex.eſt in.c.venienſ.extra eo.
ti.ſicut ꝛ pater teſtis eſt ſuꝑ etate ꝛ gener ꝓ fi/
lio.qui fi.ſint legi.tranſmiſſe.ff.ꝺe ꝓba.l.etiā
matris. ꝛ in teſtamēto.ꝺe peculio caſtrenſi.l.ꝗ
teſtō.§.i.ff.ꝺe teſta.

16 ¶ Utrũ cũ monaſteriũ repetit pfeſſum poſſint
illi de ↄuentu adduci p teſtib⁊ ſup pfeſſiõe fa
cta ab illo q̇ repetit᷑. R. Pa.in.c.nup.co.ti.ꝙ
ſic.q̃ cauſa nõ eſt ſingularꝭ. ſed monaſterij.⁊
ſic nõ dicunt teſtificari in cã ppria. Unñ etiã
plat⁹ fratrũ minorũ põt eſſe in iudicio repetẽ/
do fratrẽ ſui ordinis.⁊ multo magꝭ alij plati.
Idem dic de clericis in cã eccl'ie ſue:⁊ de ſingu
larib⁊ in cauſa vniuerſitatis .q̃ nõ eſt cã ſin/
gulorꝫ.xij.q.ij.qui manumittit. Limita niſi
tales pro monaſterio vel vniuerſitate fuerint
actores vel reſponſales.vt in.c. inſup.eo.ti.
17 ¶ Decimo inimicos ⁊ mltos alios repellere pt
iudex ſeu admittere.q̃ niſi ĩ caſib⁊ exp̃ſſiſ a iu
re:dicẽdũ eſt iudici.tu magꝭ ſcire potes q̇s ad
mitti debeat vl' repelli.ff.eo .l.iij.§.i.ſ. ex circũ/
ſtantijs ⁊ alijs affectiõib⁊ pticularib⁊.
18 ¶ Undecimo laic⁹ ↄtra clericũ in cauſa crimĩ
nali cũ criminaliter pceditur non admittitur
ij.q.vij.c.ipſi.
19 ¶ Duodecimo ſoci⁹ criminis nõ pt eſſe teſtis
lxxix.di.ſi q̇s in glo. Fallit in crimĩe leſe maie
ſtatis ⁊ ſymonie.vt in.d.glo.⁊ hereſis.
20 ¶ Utrũ in cã ppria q̇s poſſit eſſe teſtis᷑. R.ꝙ ñ
põt negari q̃n aliqñ q̇s teſtificetur in cã ppria
attentis circũſtãtijs pſonaꝝ ⁊ cauſe.vt in.ca.
fi.de iureiu.⁊ in.c.fi.eo.ti.li.vi. et exp̃ſſi⁹ in.c.
ex rõne.de pcu. Facit qḋ no. Bar.in.l.admo/
nendi.ff.de iureiu.q̇ vult ꝙ qñ actor ſcit plene
veritatẽ.vtputa de mutuo a ſe facto:⁊ eſt pſo/
na honeſta.ſi hꝫ p ſe vnũ teſtẽ bonũ deferet ei
iuramentũ ⁊ faciet pbationẽ pfectã.
21 ¶ Aduerte ꝙ tria detrahũt fidei teſtis ſi vari/
at:ſi vacillat:ſi negatiuã probare cõtendit.c.
cũ in eccl'ia.de cauſa poſſ.⁊ proprie.⁊ ibi Pa.
diffuſe.
22 ¶ Quot teſtes in qualibet cã ſufficiãt᷑. R.in te
ſtamẽtis ⁊ codicillis.vide s. Teſtamẽtũ.§.
iiij. In donatiõe cauſa mortis reqrunt.v. C.
de dona.cã mortꝭ.l.vlti. Silr in ↄtractu q̇ ex/
cedit librã auri facto in ſcriptis ab imperito ĩ
ciuitate. C.ſi cer.pe.autẽ.ſi nouo. Idẽ in eo
qui vult pbare ſolutionẽ debiti ↄtracti in ſcri
ptis. C.eo.l.teſtiũ. In purgatiõe canonica p̄/
ſbyteri.vij.reqrunt.ij.q.vij.ſimiliũ. In pur/
gatione epi reqrunt.xij.ij.q.v.omib⁊.in fi. E/
piſcopus cardinal' nõ debet ↄdẽnari niſi cum
lxxij.teſtib⁊. Preſbyter cardinalis cum.lxiiij.
Dyaconus cardinalis cum.xxiiij. Subdya/
conus ⁊ inferiores cardinales cũ.vij.vt.ij.q.
vij.preſul.⁊.c.ſe. Regulare autẽ eſt vt in ore
duorũ vel triũ ſtet omne verbũ:ſi modo ſunt
omni exceptione maiores.de teſta.c.cũ eſſes.⁊
c.relatũ.ſm Hoſti.
¶ Utrũ teſtes ſingulares pbent reglariter᷑. R 23
ſm. Pa.in.c.bone mẽorie.el.i.de elect.ꝙ non.
Rõ.q̃ diuerſitas temporꝫ pt inducere diuer/
ſitatẽ rerũ.vt in.c.in pñtia.de pba. Et dicunt
teſtes ſingl'ares qñ deponũt ſup diuerſis factꝭ
ita ꝙ q̇libet eſt ſingularis de facto ſuo reſpectu
obiecti. Sed qñ obiectũ ſup quo deponũt fu/
it repñſentatũ ſenſib⁊ teſtiũ eodẽ tpe:tunc ſunt
ↄteſtes ⁊ nõ ſingulares.q̃ tũc vident deponere
re de facto eodẽ.concor.huic ſñie tex. in.c.cũ
dilecti.de elec.⁊.c.tam l'ris.de teſti. Limita tñ
ꝙ teſtes ſingl'ares nõ pbant put limitat glo.
in.l.ob carmen.ff.de teſti.⁊ Ange.in diſputa/
tione q̇ incipit Aſtent miles. Facit quod no.
glo.ix.q.iij.c.nihilomin⁹.⁊.c. teſtes.⁊ p In/
no.⁊ Joh.an.in.c.q̄liter ⁊ qñ.el.ij.de accuſa.
vbi ptꝫ ꝙ poſſidẽs rẽ põt pbare p teſtes ſingu
lares.⁊ ſic dic in ſimilib⁊.
¶ Utrũ vn⁹ teſtis ſufficiat᷑. R.regulare eſt ꝙ 24
vox vni⁹ vox nulli⁹.c.veniẽs.in fi.extra eo.ti.
⁊.c.cũ a nobis.eo.ti.⁊.c.qm̄.in fi.de pbat.tñ
ſunt caſus in q̇b⁊ valet.vt in papa.d.c.a nob
Item de ↄſuetudine curie ſtatur dicto cardi/
nalis de his q̇ dicta vel acta ſunt coram eo.vt
no. Hoſti.de appel.ↄſtitutꝭ.ij. Itẽ in his in
q̇bus nullũ paratur p̄iudiciũ.⁊ vbi agit ad pec/
catũ impediendũ. Facit.c.ſup eo.el.ij.eo.titu.
no.glo.in.c.nup.eo.ti.⁊.ij.q.i.multi.⁊ iõ vn⁹
impedit matrimoniũ ↄtrahendũ. Itẽ valet
de ↄſenſu partiũ. Item vbi teſtator mãdauit
ſtari ſup aliquib⁊ dicto alicuiuſ quẽ dicit in/
formatũ de ſua intentiõe.q̃ nihil põt ei oppo
ni.vt no. Bar.in.l.teopompus.ff.de dote pre
le.no. Panor. in.c.in noĩe dñi.eo.ti. Item ꝙ
q̇s ſit ↄfeſſus.c.teſtimoniũ.eo.ti. Itẽ de moni
tione charitatiue facta.ij.q.i.ſi peccauerit.ex/
tra eo.ti.c.in omĩ. Itẽ ſup ↄſcia alicui⁹. extra
eodem tercio.⁊.c.tam l'ris.§.fi.de homi.ſigni
ficaſti.el.i.§.fi.⁊ multis alijs ſilib⁊.vt ĩ dicto
vni⁹ cũ fama.d.c.l'ris.⁊.c.veniens.c.mulieri.
de iureiuran.
¶ Quõ teſtifiari debent᷑. R.ꝙ primo regulari 25
ter nõ debent nec pñt recipi ante litis ↄteſtati/
onẽ. Fallit tñ hoc in.xx.caſib⁊.vide in.c.quo/
niã.vt li.nõ ↄteſt.⁊ ibi glo.⁊ Pan. Aduerte
tñ ꝙ qñ ignoratur pſona q̇ cõmiſit maleficiũ:
teſtes pñt recipi etiã ante citationẽ malefacto
ris.iuxta no.p Inno.in.c.bone.el.i. de elec.ſe/
quit Pa.in.c.in noĩe dñi.extra eo.ti. Secun
do ꝙ nõ ſe ingerat.q̃ tũc repellit tanq̃ ſuſpe/
ctus.ar.l.vxori.§.i.ff.de falſ.⁊ per Bar.in.l.q̃
omĩa.ff.de pcura. Facit.c.q̄liter. de elec. tamẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſi nō fuit citat⁹:ſed ꝑ parte ꝓduct⁹ iudici:nō
p̄ſumit ſe ingerere.vt tenēt dñi de rota.deciſiōe
cccl̄x.Facit.c.ↄſtitut⁹ eo.ti.⁊ Pa.in.c.i tua.
de ſpon.Tercio ꝙ iuret tactis ſacroſanct ewā
gelijs.niſi ſit eṗs vel ſacerdos.C.de epi.⁊ cle.
auten.ſed iudex.Iſti nō iurant ſuꝑ libro ſed
ſuꝑ pectore ſuo.de iura.calum.c.vlt.Quarto
ꝙ vtraqꝫ ꝑs ſit p̄ſens:vel ↄtumaciter abſens.
dicto.c.in noīe dñi.Quinto ꝙ viua voce de-
ponat nō in ſcriptis.c.a nobis.qui ma.accu.
nō poſ.iij.q.ix.teſtes.Sexto ꝙ teſtificetur de
auditu ꝓprio vel viſu.vt in.c.ij.de ↄſue.nō de
alieno.qꝛ nō eſt ꝓprie teſtimoniū.vt no.glo.
in.l.in ſumma.ff.de aqua plu.ar.Rō.qꝛ debꝫ
dicere de eo qḋ factū eſt in preſentia ſua:vl' di-
ctum.c.teſtis.iij.q.ix.no.Pa.in.c.tam litte-
ris.eo.ti.Et aduerte qꝛ teſtis debet ⁊ pōt teſti-
moniū dicere de viſu.ſi res de qua interrogat̄
ſubiacet viſui.puta vidi qꝛ verberauit talem
⁊ hmōi.De auditu ſi ſubiacet ſono.puta:di-
xit talia verba ⁊ hmōi.⁊ ſic de ceteris ſenſib⁹.
Septimo ꝙ nō vacillet vl' ↄtraria ꝓferat.vt
in dicto.c.licꝫ.de ꝓba.Octauo ꝙ nihil taceat
de ↄtingentibꝫ ſuꝑ q̇bꝫ interrogat̄.aliter eſſet
falſus teſtis.vt in.c.dilecti.de accu.vtputa ex-
p̄mit qḋ facit ꝓ aliq̄.⁊ que cōtra eū eſſent ta-
cet.Nono exprimat locū temp⁹ ⁊ modū rei ḋ
qua ꝓhibet teſtimoniū.Decimo ꝙ ſolū teſtifi
cetur ſuꝑ iuratis.⁊ nō ſuꝑ alijs.qꝛ nō valeret
ar.c.de teſtibꝫ:extra eo.ti.

26 ¶Utrū teſtis teneat̄ ꝓhibere teſtimoniū? R.
Pa.c.i.de teſtibꝫ.eo.poſt Archi.xxij.q.ij.§.
item ꝙ ſi interrogat̄ a iudice ꝓprio.⁊ de his de
quibꝫ pōt interrogare.ſ.de manifeſtis:vel de
his de quibꝫ infamia p̄ceſſit.vt ſ.Cōfeſſio de-
licti.in prin.⁊ Inquiſitio.celando veritatem
mortaliter peccat.de maio.⁊ obe.c.ij.xi.q.iij.q̇
reſiſtit.Secus vbi interrogat̄ de nō ſpectan-
tibꝫ ad ſuū officiū.Idem putat in q̇cūqꝫ qui
producit̄ in teſtem vel celat veritatē.vt no.in
c.quiſq̇s.xi.q.iij.⁊ tenet̄ ad reſtōem dāni.qꝛ
teſtis falſus dicit̄.l.nullū.C.de teſti.Idē et in
eo q̇ habet ex officio dicere.Sed h̄ nō placet
mihi:niſi limitet̄ in ciuilibꝫ.vl' qn̄ in crimina
libus ciuiliter agit̄:ſeu ꝓ liberatione proximi
ne indebite puniat̄.Inno.in.d.c.i.diſtinguit
⁊ bene.ꝙ qn̄ nō eſt pctm̄ tacere illud ſuꝑ quo
inducit̄ nō debet cōpelli.al's ſic.Exemplū agi
tur ↄtra aliquē ad penā tm̄.⁊ ſic nō eſt pecca
tū tacere.ar.ij.q.i.Si peccauerit:niſi ꝑſeuera
re velit in pc̄to.ar.c.vt clericoꝝ.de vi.⁊ ho.cle
ri.xxij.q.v.hoc videt̄ vt pena reuocet a malo
q̇s dei timor nō reuocat.Intellige qn̄ peccatū

n̄ eſt oīno occultū.ſed q̇ illud facit ē infamat⁹
aliq̄liter de eo.qꝛ tūc tenet̄ requiſitus vt teſtis
Sec⁹ ſi requireret̄ vt denūciator:cū nō poſſit
ꝓbare.vel qn̄ ille de q̄ querit̄ nō eſt de tali aliq̄
modo infamat⁹.qꝛ ſic nō tenet̄ niſi ſolū dice-
re illis qui p̄nt ꝓdeſſe ⁊ nō obeſſe.vt ſ.Inq̇ſi
tio.§.xi.⁊.j.§.xxxi.

¶Utrū teſtis peccet mortaliter dicēdo ſe ini- 27
micū alicui⁹ cū nō ſit vt euitet teſtimoniū di
cere? R.Pa.in.c.inq̇ſitiōis.§.tercie.de accuſ.
ꝙ ſic.qꝛ dicit mendaciū in dānū ꝓximi.xxij.
q.ij.ne q̇s.⁊ de falſa.c.i.Limito hoc verū qn̄
requirit̄ ꝓ dāno euitando vl' ꝓ debito ↄſequē
do.Secus vbi requirit̄ ſolū ꝓ pena inferēda:ni
ſi in caſu quo compellitur a iudice:ordine iu
ris ſeruato.

¶Utrū teſtis q̇ recipit pecuniā vt nō dicat ve 28
ritatē peccet mortaliter? R.ꝙ ſic.⁊ tenet̄ pena
falſi.vt no.Bar.in.l.i.ff.qḋ cū eo.⁊ Pa.in.c.
i.de cri.fal.⁊ eſt turpe lucrū:⁊ ↄtra bonos mo-
res.l.iiij.ff.de condi.ob tur.cau.Silr' eſt tur-
pe lucrū aliq̇d recipe ꝓ vero dicēdo.xiiij.q.v.
nō ſane.⁊ tenet̄ reſtituere ei q̇ dedit:ſi mō non
dedit ad corrumpendū.ſed ad redimendam
vexationē ſuā.Si vero dedit ex liberalitate:
credo paupibꝫ ſit erogandū de bono conſilio.
Expenſas tn̄ pōt petere ⁊ recipe a ꝓducēte eū
iiij.q.iij.venturus.

¶Quid ſi q̇s iurauit teſtimoniū nō ꝓhibere? 29
R.temerariū eſt.⁊ vbi eſt certum ꝙ tenet̄ ſub
peccato ferre teſtimoniū ꝓpria auctate p̄t con
trauenire.al's nō.niſi auctoritate ſuꝑiorꝫ.xxij
q.iiij.in malis.etiā ſi ſciret ꝙ ipe ſolus interfu
iſſet ⁊ nō poſſet ꝓbari niſi ꝑ eū ſm Hoſt.qꝛ di
ctū vni⁹ facit ſemiplenā ꝓbationem.⁊ delatio
iuramēti faceret plenaꝫ.C.de re.cre.l.in bone
fidei.qḋ credo veꝝ in caſu quo h̄ fieri p̄t:alias
vbi nullū effectū pōt hr̄e teſtimoniū eius nō
credo teneat̄:niſi ad p̄ceptū ſuꝑioris cogeret̄
modo debito ⁊ ordine.

¶Utrū teſtis falſus ſemꝑ peccet mortaliter? 30
R.ꝙ falſum teſtimoniū ſemꝑ eſt pctm̄ morta
le:nec aliqua circūſtantia pōt excuſari:ſi ē cuꝫ
iuramēto ſeu ꝑiurio factū.Si vero ſine ꝑiu
rio non ſemꝑ erit mortale pctm̄:ſicut nec om
ne mendaciū.Et h̄ intelligo ꝙ ſit mortale qn̄
ſcienter fit.Secus ſi bene cogitando erraſſet.
qꝛ eſſet veniale etiā ſi iuraſſet.⁊ tenet̄ ad reſti-
tutionē toti⁹ damni dati ꝓximo:qn̄ ſciēter vl'
ex ignorantia indebita falſum teſtimoniū di-
xit.l.generaliter.§.illud.ff.de calū.et.xvij.q.
iiij.Si quis in atrio.

¶Utrū teſtes ſuper occultis circumſtantijs 31

criminis ſint interrogādi? R. Pa. in. c. q̄liter ⁊ qn̄. el. ij. de accu. ꝙ ſic ſm Inno. ⁊ Hoſt. qn̄ crimen nō eſt occultū. ⁊ qn̄ talis cōtra quē teſtificatur eſt infamatꝰ. ⁊ etiā ſi iuraſſet non reuelare. q꜡ tale iuramentū eſt temerariū. c. i. de cri. fal. ⁊ c. intimauit. de teſti. niſi ſciret in ꝯfeſſione ſacramētali. q꜡ ſic ſcit vt deꝰ ⁊ ꝓducit̄ vt homo. vt in. c. ſi ſacerdos. de of. oꝛ. ⁊ c. dilectꝰ. de exceſ. pla. De h̄ vide s̄. Inq̄ſitio. §. xi.

32 ¶ Utrū proſonete ſiue mediatores cōpellant̄ teſtificari? R. Pa. in. c. dilectoꝝ. de teſti. ꝙ ſic. ſi ꝑtes ambe ꝯſentiūt. Si ambe diſſentiūt. nō pn̄t. Si vna ꝯſentit: altera nō: cōpelli nō poſſunt. ſed teſtificari pn̄t ſi volunt. in autē. de teſti. §. qm̄ vero.

33 ¶ Utrū teſtis teneat̄ ꝓhibere teſtimonium de his q̄ ſibi ſunt dicta i ſecreto? R. ſm Tho. ij. ij. q. lxx. ꝙ ſunt aliqua q̄ ſtatim vt hō ſcit tenetur ꝓpalare his q̄ pn̄t ꝓdeſſe: ſicut ſi q̄s cōtaminaret multitudinē: vl' vbi aliqd̄ malū ꝓximo ſpūale vl' t̄pale immineret. ⁊ ad iſta celāda nemo p̄t obligari. q꜡ frangeret fidē quaʒ alteri debet. Sunt alia q̄ nō ſunt tal' qualitatꝭ. ⁊ ido obligare ſe p̄t q̄s ad celandū. ⁊ talia etiā ad p̄ceptū ſupioris nō tenet̄ reuelare. q꜡ nihil p̄t p̄cipi homini qd̄ ſit ꝯ̄ ius naturale de ſe. Sanctus Bo Bona. in. iiij. di. i. dicit ꝙ etiā tenet̄. q꜡ intelligit̄ in tali ꝓmiſſiōe: excepta auctoritas ſupioris. Sʒ tu ꝯcoꝛda veꝝ qn̄ ſupioꝛ h̄ req̄rit ex aliq̄ bono reſpectu. ⁊ vt p̄r prouideat ⁊ dictū ſancti Tho. intelligit̄ qn̄ ſolū vt puniat: vl' de alio de q̄ nō ꝑtinet inq̄rere.

# Theſaurus

vid s. Inuēta. §. i.

# Timor

quidā filialis q̄ homo timet offēſam dei: quē diligit. ⁊ timet ab eo ſeꝑari. xxiij. q. vi. §. ex his ꝓpe finē. Et iſte ſemꝑ bonꝰ ⁊ ſanctꝰ. iuxta illud Ps. Timoꝛ dn̄i ſanctꝰ ꝑmanet. Aliꝰ ſeruilis: ⁊ iſte cauſat̄ ex amoꝛe ſui. vn̄ q꜡ pena eſt detrimentū ꝓprij boni eam timet. d. §. ex his. ⁊ iſte aliqn̄ eſt cū charitate. ſicut cuʒ qui ſil' timet ⁊ ꝓpter penā ⁊ ꝓpter culpā. ⁊ iſte timoꝛ d̄r initialis. q꜡ eſt ꝑncipium ꝯuertendi. de pe. di. ij. ſicut ſcta. Aliqn̄ eſt ſine charitate. ⁊ tūc ſemꝑ malus: nō in ſe: ſed q꜡ a mala ꝓcedit radice. ſ. ab inoꝛdinato amoꝛe ſui. Aliꝰ eſt timoꝛ mundanꝰ q̄ hō diſiungit̄ a deo ꝓpter mundana quibꝫ innitit̄ tanq̄ꝫ fini. xvi. q. ij. c. i. poſt mediū. ⁊ iſte ſemꝑ eſt peccatū moꝛtale. Si t̄n in mūdanis nō cōſtitueret finē. i. nō eſſet paratꝰ facere cōtra dei p̄cepta: ſic eſſet pct̄m veniale. ſicut cū retrahit̄ a bono: qd̄ eſt de ꝑfectione. vel pōt eē nullum pct̄m: qn̄ q̄s rōnabilē cauſam habʒ timendi. ſm Alex. ſcd̄a ſcd̄e. ti. de timoꝛe.

¶ Utrū timoꝛ excuſet a pctō? R. ꝙ nō ex toto. ſcʒ q̄n ſit moꝛtale. ſi illud qd̄ fit ſit ꝯtra p̄cepta dei. xxxij. q. v. ita ne. ⁊ qd̄ me. cā. c. ſacris. In alijs quō excuſet. vide s̄. Metꝰ. §. vi. 1

¶ Timoꝛ ex accidia aliqn̄ ꝓuenit: aliqn̄ ex aliquo cōminato vl' accidenti. ⁊ d̄r timoꝛ filia accidie. ⁊ eſt pct̄m moꝛtale. qn̄ ex timoꝛe facit cōtra dei p̄cepta. al's veniale. 2

# Tolerantia

tunc bona ē qn̄ quis patiēter tolerat ea q̄ ſolum ſunt ad ꝓpriū detrimētū. ſiue in coꝛꝑalibꝫ. ſiue in t̄palibꝫ. ſiue qn̄ aliq̄ tolerantur ꝓpter maiꝰ malū euitanduʒ. ⁊ de hac habes. iiij. diſ. deniq꜡. lxvij. diſt. oīes. in fi. xcvi. diſ. in ſcripturis. xlv. di. licet. vi. q. i. ſunt plurimi. ⁊ c. ex merito. xxiij. q. iij. ſex differentie. ⁊ iiij. q. hec autē. Mala vo eſt cū tolerant̄ ea q̄ ſunt in p̄roprie ſalutis detrimentum: vl' mali vbi nō eſt periculū maioꝛis mali vl' ſcandali. ⁊ aliqn̄ eſt peccatū moꝛtale. aliqn̄ veniale. ⁊ de hac habes Coꝛrectio. i. §. iij.

# Tonſura clericalis

vide Clericꝰ. iiij. §. i.

# Torneamētuʒ

dicit̄: q꜡ circūeundo ſe ꝑcutiūt ad oſtenſionē viriū aliqui ex condicto. de toꝛ. c. i.

¶ Utrum toꝛneamentū ſit prohibitū? R. ſm Hoſti. in. c. i. eo. ti. ⁊ ſequit̄ Pa. ꝙ ſic. ⁊ oīs ludus etiā ad oſtentationē viriū factus: ex q̄ imminet periculū moꝛtis ꝓbabiliter. ⁊ neduʒ de iure canonico. vt in. d. c. i. ſed etiā de iure ciuili. C. de gladia. l. vnica. ⁊ l. i. §. item ſenatuſ. ff. de poſtul'. debet intelligi de alio ludo. q꜡ vt dicit̄ in auten. vt oīes obe. iudi. §. i. Foꝛtitudo ſine iuſticia nō eſt laudabilis. ⁊ loquit̄ ibi de foꝛtitudine que exercet̄ cum armis. ſic nec iſtud: cū ibi nō poſſit eſſe iuſticia ꝓpter rōneʒ que in. d. c. i. ponit̄. Alius aūt ludus cauſa virtutis experiende vbi nullū imminet periculū moꝛtis. licet ſm Hoſti. etiam de iure canonico ⁊ caſus contingens non imputabit̄. l. qua actione. §. ſi quis. ff. ad. l. aquil. ⁊ ſm hoc potes ſcire quando haſtiludia licent: ⁊ qn̄ non. 1

quod no.
2 ¶Utrū moriens in torneamentis ſit priuan/
dus eccl'iaſtica ſepultura? R. Pa. i. d. c. i. q ſi
acceſſerit cauſa pugnādi ſic priuat. licet peni
tentia ei cōcedat. Si vo venit cauſa videndi
vl' repetendi debitū: aut quacūq; alia ex cauſa
q̄ pugnādi ſic nō priuat. niſi ɔſtet mortuum
in pcto mortali.
3 ¶Utrū cū aliq̄s in torneamētis occiditur vel
mutilat ſint irregulares om̄es q̄ illuc venerāt
cauſa pugnādi. licet ipi nō occiderint vel mu
tilauerint? R. ſm Hoſti. ⁊ Hoff. q ſic. ſicut il
le q̄ in bello illicito intereſt cā bellandi. xv. q. i.
c. ſi. de pe. diſ. i. ſi q̄s cū telo. li. di. ſi q̄s poſt ac
ceptā. Sed eps pt diſpenſare. ſicut dictuʒ eſt
s. Irregularitas. de exiſtētib9 in bello iniuſto
nō occidentib9.

# Corpor

Corpor eſt filia accidie ⁊ diuidit in tria.
Primū eſt ocioſitas: nihil ope/
rans q̄ eſt cauſa multoꝝ pctōꝝ.
de ɔſe. diſ. v. nūq̄. de renū. c. niſi. ⁊ ſemp ē mor
tale pctm̄: cuʒ omittit neceſſaria ex ea. Scōm
pigricia que tarde facit bona. puta tarde va/
dit ad eccl'iam ad p̄dicationē ⁊ hm̄oi. Terciū
dicit tepiditas: q̄ facit bona: ſed nō cū ea dili/
gentia ⁊ feruore. ſed tepide. ⁊ d̄r etiā ſomnolē/
tia. q̄ tria ſil'r ponit Gregori9 ſub vno. ſ. torpor
circa precepta. q̄ q̄nq; eſt mortalis: aliq̄n ve/
nialis. hec Tho. ſcda ſcde. q. xxv.

# Torturam

Torturam alicui faciens iu
dex ſine indicijs p̄cedentib9 pec/
cat mortaliter. q2 nō deb3. vt no.
C. de ſeruis fug. l. q̄cunq;. ff. de queſti. l. mari/
tus. C. ad. l. iuli. maie. l. ſi quiſ alicui. vbi glo.
⁊ Bald. Idem dic q̄n torquet q̄s de iure tor/
quere nō poteſt. ſicut ſunt minores. xxiiij. an
norum. licet cedi poſſint. l. cū ſileianuʒ. C. ad
ſil'. Item milites mulierē p̄gnantē: ⁊ huiuſmo
di. Idem dic q̄n torquet indirecte dans ali/
cui ſalſa ad comedendū vt ſiti cruciet. vel q̄n
ſepius torquet nullis nouis indicijs apparē/
tibus. ſufficiūt tn̄ variationes ſm Inno. in. c.
qm̄. de pba. ⁊ Bart. in. l. de minore. §. pe. ff. de
queſti. puta q2 vno ſero dicit de vno. ⁊ alio ſe/
ro de alio.
1 ¶Sed que indicia ⁊ qualia requirant ad tor
turam. vide s. Indicium. Arbitrari tamē ha
bet qui publicam auctoritatem exercet qualia
indicia ſufficiāt. C. de queſti. l. milites. §. opor
tet. ⁊ d. l. de minore. §. tormenta. no. Inno. c.
penul. de no. ope. nunc. ⁊ Bald. de pa. te. ⁊ ei9
viola. c. i. Sed videat vt regulet arbitriū eiuſ
ſm rationē. quia inique torquens vltra pecca
tum mortale tenet de iniuria ⁊ damno leſo ſa/
tiſfacere.

# Tranſactio

Tranſactio eſt d̄ re dubia
⁊ lite incerta ⁊ necdū finita non
gratuita pactio. ſed aliquo dato
vel retento vel p̄miſſo. ff. de tranſact. l. i. extra
co. ti. c. ſup eo. C. eo. ti. l. tranſactio. Litem in
tellige p̄ſentē vel futurā. q2 ante litem exo̊ diſ/
cordia eſt orta tranſigi pōt. ff. de cond. inde. l.
elegāter. §. ſi q̄s poſt. Unde trāſactio dicitur
quaſi actiōis tranſitio. eo q q̄ trāſigit ab acti/
one tranſit ⁊ diſcedit. Et ſic p̄prie d̄r tranſige
re is q̄ agit. C. eo. ti. l. ij. Et differt tranſactio a
pacto ⁊ cōpoſitiōe q̄ pn̄t fieri amicabiliter nul
lo dato vl' retento. extra eo. ti. c. ſup eo.
¶Quis pt trāſigere? R. q q̄ pt donare. vide s. 1
Donatio. i. Itē dn̄s rex ſiue actionū tutor cu
rator ⁊ p̄curator: ſi h3 ſpāle mādatū: vl' liberā
admīſtratōeʒ bonoꝝ vl' cāe. ff. de p̄cu. l. p̄cura
tor cui libera. ⁊ l. mādato. c. ad agendū. §. i. de
p̄cura. li. vi.
¶Utrū plat9 in cauſ eccl'ie poſſit trāſigere ſi/ 2
ne ɔſenſu capli? R. q nō. extra eo. ti. ɔtingit.
¶De quib9 pt fieri trāſactio? R. q de ciuilibuſ 3
. ff. ⁊ C. eo. ti. p totū. De crimīalib9 diſtinguē
dū eſt vt s. Accuſatio. §. xxi.
¶Utrū i reb9 ſpūalib9 poſſit trāſigi? R. q aut 4
petit eccia ab alia eccia ſibi deberi ſubijci iure
inſtitutiōis: correctiōis ⁊ ſacroꝝ p̄ceptiōe. vl'
eps petit iura epalia in aliq̄ eccia. Et ſic d̄ ſpū
ali ad ſpūale pt fieri. puta q remittat iſtitutio
vl' aliqd̄ ſacrm̄: ⁊ aliud ſpūale p̄ſtet. c. ad q̄ſti/
ones. de re. p̄mu. S3 de ſpūali ad tpale nō l3.
extra eo. ti. c. ɔſtitut9. ⁊ de re. p̄mu. c. vl. Adū/
te tn̄ q vbi noīe ſubiectōis petūt ſpūalia ſil' et
tpalia. ſic cū eps petit a q̄dā eccia ſibi ſubiecta
q ab eo p̄cipiat ɔſecratōes eccl'iaꝝ: ordiatōes
clericoꝝ ⁊ ſil'ia ſpūalia. ⁊ nihilomin9 petit ali/
q̄ tpalia. vtpote p̄tē vl' annuā penſionē rōe il/
loꝝ tpaliū poſſet trāſactio fieri cuʒ tpali ⁊ ſibi
annua p̄ſio dari. ar. c. cū venerabil'. de cēſi. ⁊ d̄
reli. do. ɔſtitut9. Aut petit res tpal' vt p̄prietaſ
vt cū eccia petit decias ex p̄dijs i ſua prochia
ɔſtitutis. ⁊ tūc diſtigue. q2 ſi agit ɔ̄ eccl'iaſticaʒ
p̄ſonā. ⁊ ſic pt fieri trāſactio aucte epi vl' archi/
epi. ⁊ erit p̄petua. c. ſtatuim9. extra eo. ti. ſi fit ſi
ne aucte epi valʒ. ſʒ eſt tpal': nec excedit vitam
tranſigentis. extra eo. ti. c. de cetero. niſi per pa
pam fuerit ɔfirmata. eo. ti. veniens. Aut agit
ɔtra laicū. ⁊ tūc ſi agit de p̄ceptis ⁊ ſubtractis



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pōt fieri. c. cū ap͞lica. de his q̄ fi. a pla. ſ; nō de futuris. xvi. q. vij. decimas qs. Un̄ nō pt fieri cōpoſitio nec tranſactio cū laicis vt miti⁹ ſol/ uant: niſi auctoritate pape. c. pe. de cōfir. vti. vl' inuti. Aut petit' res ſpūalis vt bn̄ficiū. pu/ ta q: dicit ſe electū vl' canonice in eo fuiſſe in/ ſtitutū. ⁊ tūc trāſactio fieri nō pt ſine ſymonia ſed bn̄ amicabil' cōpoſitio. extra eo. ti. c. ſuper eo. ſ. vt ꝙ ille q̄ ius nō h; vel nō credit' hr̄e pe/ nit⁹ renūciet iuri ſuo ſine aliq̄ datione. vel vt ille q̄ h; ius recipiat' ſine datione. ſi tn̄ neuter litigantiū poſſideret: ſed vterq; ꝯtendit aliqd̄ beneficiū ſibi dari: tūc valet trāſactio. de elect. c. cū inter. R. de ꝑbend̄. niſi eſſent. no. Jo. i. q. iij. ea q̄. Et breui⁹ ꝯclude ꝙ ſpūale cū ſpiritua li eiuſdē generis. puta de iure decimatōis iſti⁹ eccl'ie: cū illo illi⁹ eccl'ie pt fieri trāſactio: ſed de ſpūali ad ſpūale alteri⁹ gener; nō lic; ſm̄ Ber. in. c. ſup eo. ⁊ eſt tuti⁹. ꝗuis Inno. in. d. c. ſta tuim⁹. ⁊ tex. cū glo. i. d. c. ad q̄ſtiōes. videant' indiſtincte tenere qd̄ l; de ſpūali ad ſpūale

5 ¶ Utrū trāſactio facta ꝑpter indebitā obliga tionē ſaltē iure naturali excuſet eū q̄ aliq̄d re/ cipit vt eā obligationē remitteret? R. ꝙ nō. ſ; reſtituere tenet'. l. ꝑſes ꝑuincie. C. de tranſac. ⁊ l. fi. ff. de dolo. ⁊ glo. in. c. ſup eo. de trāſac. dic: ꝙ ſi euidens eſt calūnia nō tenet trāſactio. l. i ſumma. i. R. ff. de ꝯdi. inde.

6 ¶ Utrū diſpoſitio leg; ſi q̄s maior. C. de tranſ ac. poſſit teneri in ꝯſcia? R. ꝙ ſic. q: imperator in penā nō obſeruātis potuit h̄ facere. ⁊. d. l. ſi quis maior. hoc vult vt ille q̄ trāſactionē iura uit ⁊ volūtarie nō ſeruat conuenta. vt ſit infa mis. intellige h̄ ſi ꝯdemnet'. Itē eſt priuatus ipo iure actione quā hēbat ꝯtra illū cū q̄ tranſ actionē fecit. Itē ſi q̄d habuit ꝑ ipam trāſacti onē. ſiue pecuniā. ſiue rem: tenet' eā reſtituere. ⁊ om̄e emolumētū qd̄ ex ea habuit. qd̄ credo verū. quo ad ꝯſciam poſt ꝯdēnationē. ſ; ſi an te. niſi quatin⁹ dānificat⁹ eſt ille cū q̄ trāſegit vel ex debito antea debebat habere.

## Tranſitus

de vna religiōe ad aliā. vide s̄. Religioſ⁹. §. xxxiiij.

1 ¶ Eps trāſire nō pōt ad aliā ec/ cleſiā ſine licentia pape. vij. q. i. mutatiōes. de tranſla. epi. c. inter corꝑalia. Inferior pt cū li centia ſui p̄lati. ar. lviij. di. c. ij. ix. q. iij. ꝯq̄ſtus

2 ¶ Trāſiſſe d: aliq̄s cū corꝑalē poſſeſſionē ob/ tinuit de illa ad quā trāſiuit. xxi. q. ij. ſi q̄s iā tranſlat⁹ ⁊ ꝯfirmationē obtinuit. al's ſec⁹. lxxx xij. di. ſi q̄ epi. de elec. c. cū i cūctis.

## Treuga

eſt ſecuritas ꝑ/ ſtita ꝑſonis et reb⁹ ad tp̄s ꝯceſſa diſcordia nō dū finita. ⁊ vocat' fedus vl' indu/ cia. ff. de capti. ⁊ poſtli. re. l. n̄ dubito. ⁊. l. poſt/ liminiū. §. inducie.

¶ Quot ſunt ſpecies? R. due. Prima ꝯuenti onalis. ⁊ hec ſeruāda eſt etiā infidelib⁹. xxiij. q. i. noli. Alia canonica. de qua extra eo. ti. c. i. S; hodie nō ſeruat': ⁊ male. ſed nō inſiſto. q: ſatis pt; ꝑ ea q̄ dixi s̄. Bellū. 1

## Tributum

vide ſup̄ Immu/ nitas. §. xxxvi. ⁊ s̄. munus.

## Tribulatio

eſt me/ dicina ꝑſeruatiua. v. q. v. nō oi'. Aliqn̄ ad meritū. vij. q. i. aduerſitas. xi. q. iij. in cunctis. Aliqn̄ ad purgandū. vi. q. i. ſunt plurimi.

## Triſticia

de morte ſuo/ rū ꝓhibetur. xiij. q. ij. q̄; ꝑpoſtex. ⁊. §. hoc aūt

## Turpe lucrū

dicit' q̄cq̄d acquirit' ex cā inhone ſta vel improbanda. facit. c. qm̄ multi. xiiij. q. iiij. ⁊. xxi. q. i. c. i. in ꝑn.

¶ Turpia lucra ſunt ab heredib⁹ extorquēda l. in heredē. ff. de calum. 1

¶ Utrū de turpiter acq̄ſitis poſſit fieri elemoſy na. vide elēoſyna. §. viij. ⁊ an ſit neceſſario re/ ſtituenda. vide Reſtō. i. ſub lr̄a Turpe lucrū 2

## Tumor

mentis ē filia ire. q̄ eſt q̄da; conat⁹ ſeu audacia homi's inten tantis vindicta;. ⁊ eſt qn̄ q̄s im/ plicat mentē deliberate in varijs modis ⁊ vijs q̄b⁹ poſſet ꝓximū offendere. q̄ eo mō ē mortal' q̄ ira ex q̄ ꝓcedit. de q̄ vide s̄. Ira. in ꝑn.

## Tutela

eſt triplex. Alia le gitia. vt illa q̄ de/ fert' a lege. qn̄ null⁹ tutor dat⁹ eſt a p̄re filio in teſtō q̄; ille q̄ deberet ab inteſtato ſuccedere: tenetur hm̄ōi tutelam accipere. Alia teſtamētaria. vt qn̄ pater in te/ ſtamēto dat filio tutorē. Alia datiua. ſ. q̄ dat' a iudice qn̄ nll'o tutore dato in teſtō ⁊ null' ex tātib⁹ ꝯſanguieis idoneis ad tutelā iudex ex of ficio ſuo dat tutorē. ⁊ durat tutela vſq; ad. xiiij

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

annū completū. ⁊ inde incipit cura q̄ durat vſ
qꝫ ad. xxv. annū completuꝫ. inſti. qui. mo. tu.
fi. ⁊ inſti. de curato.
1 ¶ Utrū clerici teneant̄ ſuſcipe tutelā? R. ꝙ nec
clerici nec monachi aut epi cogunt̄ vllā tute/
lā accipe. Cleric⁹ tñ ⁊ eps pn̄t ſuſcipe legitimā
ſi volunt: teſtamentariā vel datiuā non pn̄t.
Sil'r oēs religioſi clerici vel epi tenent̄ recipe
tutelā miſerabiliū ꝑſonaꝝ. Sed religioſi cuꝫ
licentia ſuoꝝ prelatoꝝ pn̄t etiam recipe legiti/
mā. vt. xvi. q. i. monachi. Et ſic cōcorda. lxxx/
viij. diſt. c. i. ⁊ fi. xvi. q. i. generaliter. xij. q. iij.
Cyprian⁹. lxxxvi. di. ꝑuenit.
2 ¶ Quid ꝑtinet ad officiū tutorū? R. tria. pri/
mū vt pupillos a crimibꝫ intactos ꝯſeruent.
Scdm ꝙ res coꝝ ab iniuria ꝓſeruēt. xij. q. i. c.
i. facit. l. i. ff. de tutel. Unde tutores dicti ſunt
q̄ſi tuitores in. d. l. i. Terciū ꝙ pecuniā coꝝ vl'
bona mobilia q̄ ad nihilū valēt eis ſuata con
uertant in p̄dijs: ex q̄bꝫ ꝑcipiāt aliquē fructū.
q: ſm Bar. in. l. tutor q̄ repertoriū. §. i. ff. de ad
mini. tu. ſi tutor pecuniā pupilli non ponit in
p̄dijs: tenet̄ pupillo ad fruct⁹ q̄s poterat habe
re deductꝭ expenſis ⁊ ꝑiculis. Qd' limita verū
ſi potuit emere. puta erāt q̄ volebant vendere:
vl' alio mō licite lucrari poterat. al's nō. Ideꝫ
dic vbi eſſet ſtatutū. vt ianue: ꝙ oīa bona mo/
bilia diſtraherent̄ ⁊ venderent̄. vt de pecunia
acq̄reret pupillus lucrū. Si tutor nō fecit cū
potuerit tenet̄ ad intereſſe. Et Bal. in. l. fi. C.
de ꝯdi. inde. ⁊ Jo. de anania. in. c. q: in oībus.
de vſu. tenent ꝙ vbicūqꝫ olim tutor tenebat̄ fe
nerari d' pecunia pupilli. ꝙ hodie cū vſure ſint
ꝓhibite tenet̄ pecuniā pupilli ponere in iuſtaꝫ
negociationē ad partē lucri ⁊ dāni. Aduerte
o tutor ꝙ ſi vis eſſe tut⁹ ꝙ nō tenearis: nec tu:
nec heredes tui ꝑ aliq̄ facto. ꝓ pupillo illo' fac
cū ꝯſilio coniūctoꝝ pupilli ⁊ facias poni in in
ſtrumēto. q: ꝯſiliū ꝓpinquoꝝ facit ꝓſumptio
nē ꝙ dolus ⁊ culpa abeſt a tutore. ar. l. etiā. C.
ſi tu. vel cu. inter. ſm Bal. in. l. ꝓla. C. de his
qui. vt indig. De hoc vide quō tenet̄ tutor. ſ.
Clericus. xiij. §. v. ⁊ vij.
3 ¶ Utrū tutor teneat̄ facere inuentariū de reb⁹
pupilli? R. ꝙ ſic. niſi cā neceſſaria vel iuſtiſſi/
ma impediat̄. tex. eſt in. l. tutor q̄ reptoriū. ff. d'
admini. tu. Idē dic ſm Bar. ibidē. de curato/
re. ⁊ cauſa neceſſaria d'r ſm eundē Bar. ex ꝑte
tutoris morbꝫ. puta: q: podagroſus et hmōi
impedit⁹ eſt. vel ex ꝑte rei. q: nō reꝑitur adhi/
bita diligens inquiſitio. Cauſa ṽo iuſtiſſima
dicit̄ ſi teſtator remiſit ꝯfectionem inuētarij.
vt in. l. fi. C. ar. tute. Quod limitat Bar. vbi
ſ. niſi ex cauſa iudici aliter videat̄. vt in. l. i. cō
firmando. ⁊. l. vtilem. ff. de ꝯfir. tu. Fallit h' in
duobꝫ caſibꝫ in quibꝫ nō tenet̄ facere inuenta
rium ſm Barto. vbi ſ. Primus ſi conſuetu/
do eſſet vt nō fieret. Scd'us ſi iudex ex cauſa
remitteret: q: poſſet.
¶ Qn̄ tenet̄ facere? R. ſm Bart. vbi ſ. ꝙ glo. 4
ibidē ⁊ cōiter doc. tenent ꝙ mox. i. qꝫ primū po
terit. facit. l. hec cōditio. ff. de condi. ⁊ de. aliter
videt̄ in dolo. Intellige ſi adminiſtrauit. al's
nō. Item nō videt̄ in dolo ſi fecit illa q̄ dilati
onē nō recipiūt. vel q̄ neceſſario ꝓcedūt confe
ctionē inuentarij. vt ꝑſcrutatio ſube heredita
rie. vel ea q̄ nullo mō pn̄t obeſſe pupillo. ſꝫ be/
ne ꝓdeſſe. q: talia agēdo an̄ ꝯfectionē inuēta/
rij nō ꝓſumit̄ in dolo. ſm Bar. vbi ſ.
¶ Qualiter debet fieri? R. tex. in. l. tutores. C. 5
de admini. tu. ꝙ in ꝑſentia publicarū ꝑſonaꝝ.
Glo. tñ ibidem dicit ꝙ ſufficit vn⁹ notarius
ꝑſentia vero iudicꝭ nō eſt neceſſaria ſm Bar.
vbi ſ. ⁊ cōiter doc. niſi vt faciat fidē ꝯtra debi/
tores nominū: quoꝝ noīa ſcribunt̄ in inuēta/
rio. Et ita tenē. qꝫuis glo. i. d. l. tutor teneat ꝙ
eſt neceſſaria:
¶ De q̄bꝫ rebꝫ fieri inuētariū? R. tex. in. d. l. tu 6
tores: ꝙ oīm rerū. i. corꝑaliū ſm Bar. vbi ſ. ⁊
inſtrumentoꝝ. i. oīm iuriū incorꝑaliū. de qui
bus apparēt inſtrumēta ſeu ꝓbatiōes in bo/
nis pupilli. de alijs nō.
¶ Quomō mater ꝑdit tutelaꝫ filij? R. Pa. in 7
c. vxorat⁹. de conuer. coniu. ꝙ dupliciter. Pri/
mo ſi tranſit ad ſcd'as nuptias. Scd'o ſi incō
tinenter viuit. de hoc eſt glo. quā ſequit̄ Bar.
in autē. matri ⁊ auie. C. quādo mulier tu. of
fi. fun. poteſt. Facit tex. in. l. ſi. co. ti. vbi requi/
ritur ꝙ pudice viuat. qd' no. glo. in. l. fideicō/
miſſum. C. de fideicōmiſ. vbi vult ꝙ vxor reli
cta ſi incōtinenter viuat ꝑdat legatum ſibi fa
ctum a marito. ⁊ aufert̄ ſibi tanqꝫ ab indigna:
vel ex ꝓſumpta volūtate defuncti reuocat̄. qd'
maxime ꝓcedit ſi vixit incontinenter tpe vite
mariti ipo ignorante. ꝓ hoc glo. no. in. l. ſoro/
rem. C. de his q̄ vt indig. Et pōt inferri ꝑ hoc
ꝙ oēs penas q̄s trāſiens ad ſcd'as nuptias in/
fra annū incurrit. ꝙ ⁊ ipa ſil'r. qd' no. Sꝫ limi
ta quo ad lucrū ꝑdendū. ſed nō q̄ ad penā ali/
am incurrendā.

# Vana gloria

Uno modo dicit appetitū dignitatꝭ ⁊ excellē
tie. ⁊ ſic eſt idē cū ſupbia: ⁊ eſt ca/
pitale viciuꝫ. q: animus directe mouetur ad